

333  
PSALMI  
**DAVIDIS**

VARIIS CALENDARIIS ET COMEN-  
TARIIS GENVINVM SENSVM ET  
HEBRAISMOS PVSISSE  
APERIENTIBVS

AGIL GENEBRARDO THEO-  
LOGO Parisiensi et Archiepiscopo-  
Agencensi instruc*ti.*

Succedebunt postremo ciuidam salteris  
in D. Athanasij symbolum commentarij  
ex tertio libro de S. Trinitate huc  
translati, multis in locis emendati,  
& Hebraicorum uerborum & Graec-  
orum latina explicatione aucti.  
Quibus denique nouus index  
ueteri additus est, prater Heb  
qui antea notati fuerant.

CVM PRIVILEGIO  
LVGDVNII  
APVD HORATTIVM CARDON  
1615





# ILLVSTRISSIMO PRINCIPI CAROLO.

LOTHARINGO

Cardinali Vaude-  
montio,

GILBER. GENEBRARDVS  
*Theologus Parisiensis.*



VONIAM Theosophia  
spatia commodo ordine  
conficere, tandemque tuis  
diuinarum rerum studiis  
colophonem adiicere in-  
stituisti, ut Cardinalium splendorem ex-  
traordinariis quibusdam decoribus ( illu-  
strissime Cardinalis ) illustriorem efficias:  
operæ pretium facturus videor, si illud con-  
silium tuo nomini honorificum, Cardina-  
lium Lotharingorum proprium, Vaude-  
montiorum Principum stemmatibus di-



# LIBER PSAL-

## MORVM.

---

### ARGUMENTVM.

B

*Pios beatos, impios contrà, esse miseros.*

#### PSALMVS DAVIDIS PRIMVS.

1. **B** Eatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit: & in cathedra pestilentiæ non sedit.

C 2. Sed in lege Domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte.

3. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo.

4. Et folium eius non deflueret: & omnia quaecumque faciet prosperabuntur.

5. Non sic impij, non sic: sed tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.

D 6. Ideo non resurgent impij in iudicio: neque peccatores in concilio iustorum.

7. Quoniam nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit.

---

Inscriptio huius operis vulgata apud Hebreos est  
סְפָרָה תְּבִילָה Sepher Tbilim, & contracte תְּלִימָד Telim  
Genebr. in Psal.

I N  
P S A L M O S  
DAVIDIS VVLGATA  
EDITIONE COM-  
MENTARIORVM.

A G I L B. G E N E B R A R D O T H E O-  
logo Parisiensi, Diuinarum, Hebraica-  
rumque literarum Professore  
Regio instructorum.

Pars secunda.


Trium postremorum Psalterij librorum, id est,  
à Psal. LXX II. vsque ad finem,  
expositionem continens.

*Nunc recens recognita, adnotacionibus margini additis.*



L V G D V N I,  
APVD HORATIVM CARDON.

M. D C X V.



# GILBERTI GENEBRARDI

THEOLOGI PARISIENSIS, ET

ARCHIEPISCOPI AQUENSIS SYMBOLI

D. Athanasij Archiepiscopi Alexandrini expositio, ex tertio libro eiusdem de S. Trinitate desumpta; & eiusdem Psalmorum commentariis adiuncta.

*Sine Symbolum, Quicunque vult saluus  
esse, Athanasij Alexandriae  
Episcopi.*

**C**VRTO SAM quæstionem, atque adeò dolli plenaria, (ut probauit exitus) Valentinus quidam Gentilis impietatis æquè, ac nominis Gentilium hæres, his annis in Ecclesia Dei proposuit, ciùsne sit istud Symbolum, cuius titulum præ se fert, id est, D. Athanasij. Ergo certè nūquam credideram Sathanam tantum habere in sua membra virium, ut ipsa posset in tam proiectam, impudensque facinus vertere, quemadmodum nemo tum cogitasset hærcles Arianorum, tot ætatibus sepultas, & tam crebris, tamque letalibus victoriis cæsas, denuò sub hoc mundi senium emersuras fuisse. Putabam enim præscriptione tot sæculorum satis apud omnes constitutum esse, Athanasium

**D**dum Arianorum persecutions quadraginta totis annis, per vniuersum Romani imperii orbem euaderet, fidei suæ confessionem, & quasi tesseram alicubi edidisse, ut Orthodoxis suæ communionis hominibus pateret causa, cur eius iugulum, tata pertinacia, diuinitatis Domini perduelles peterent. Meditanti autem mihi postea variè, memoriaque repetenti, quæ olim de Athanasio legisse potueram, ecce succurrit, quod ex peruetusto Cœnobitarum Germanorum (quorum Lutetiae haud con-

Valentinus  
Gentilis im-  
pius, quam de  
hoc Symbolo  
quæstionem  
mouerit.

AAA